

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

telligibilis erat. hic autem ex ore terre fidelis.
 que sumus nos. pomum mundo impellat. et
 uniuersorum peccata excusat. ipsos quoque qui fu-
 derunt illum ad penitentiam inuitat. in pe-
 nitentibus futurum iudicium. palam adnuntiat.
 Super hanc maledictio subiecta uagus. ac p-
 fugus est iste cum molestus quam fuit ille
 super terram. in qua ciuitatem quoque primus edi-
 ficauit. quam et uocauit ex nomine primoge-
 niti filii sui enoch. Sed nec illud secundum litteram
 satisfate ostendit quod terra operanti illi non dedit
 ut fructus suos. sed spinas et tribulos germinauit
 illi. de isto autem satis notum est quod
 cum in ecclesia patriarcharum et prophetarum se putet opa-
 ri. legem eandem lectitando et easdem cerimo-
 nias obseruando quas illi non datur fructus
 suos. id est utilitatem quam imperfecta licet ante
 passionem dominicam offerbat. nulli offerre po-
 test. sed extra spinas et tribulos germinat.
 dum non in se iustificat quis. uerum etiam suam ex
 inde damnationem accumulatur. Porro quod
 uagus et p-fugus sit super hanc terram. id est
 propter christi ecclesiam manifestum est. impleto
 quod de illo populo loquens ipse. et cadent inquit
 more gladii. et captiuum ducunt in omnes gentes.
 hoc inquam super terram. id est propter christi ecclesiam
 factum est. Nam et ipse sanguis hoc ut fieret fla-
 gitabat in psalmo. ubi cum dixisset deus os-
 tendit mihi super inimicos meos. statim sub-
 iunxit. ne occidas eos. ne quando obliuiscamur
 et populi mei. Sed quod. Disperge autem illos in terram
 tua. Igitur ut hoc ipsum proficeret ad augendam
 memoriam uel noticiam eius in populis. uagum et p-
 fugum hunc populum ipse christus esse uoluit. quia ui-
 delicet et eorum sparsa captiuitas et captiua cum
 eis eorum scripta testimonium prohibent quod hic sit
 ipsorum quem occiderunt iustus erat. et nichil horum
 que predicamur ostendit fides christiana. Itaque
 littera quoque de hoc negotio manifeste ait.
 nec minus euidens est utrum quam illum percutit cain.
 quia nec ita uagus aut p-fugus fuit ille super
 terram. ut ipsam ciuitatem non haberet. nec ita
 operanti fructus suos terra dare recusauit. uel

spinas et tribulos admodum germinauit illi.
 ut scriptus ad edificandam ciuitatem non in-
 ueniret.

Dixitque cum ad dominum. Maior est iniquitas
 mea. quam ut ueniam merear. Ecce eiis
 me hodie a facie terre. et a facie tua ab-
 scindar. et ero uagus et p-fugus in terra.
 Omnis ergo qui inuenit me occidet me.
 Dixitque ei dominus. Nequaquam fiet ita. sed omnis
 qui occiderit carnem septuplum punietur. Despa-
 ti et de dei deum male sentientis est. quod ait.
 maior est iniquitas mea quam ut ueniam mere-
 ar. Et dicit deprehensus tunc iste inuitus
 agricolam. Ecce inquit eiis me hodie a facie
 terre. et cetera. Hoc timet ne agricolam se non li-
 ceat. ne terram quam solam amat uel presentem
 uitam pro admissis facinoribus perdat. ne ponatur
 aduersus illum lex aduersus. ut quicumque illum in-
 uenerit occidat. Ideo et dominus de hoc ipso
 quod solum timebat respondens. ne quia ait
 fiet ita. Sed quod. Omnis inquit qui occiderit carnem.
 septuplum punietur. Alii atque alii diuini inter-
 pres hunc locum interpretati sunt. Nam pro quod hic secundum
 hebraicam ueritatem septem est. sed omnis qui occidit
 carnem septuplum punietur. Symmachus septies ul-
 ciscet. aquila. et theodotion interpretati sunt. septem
 uindictas exsoluet. Itaque uaria interpretatio ua-
 rium sensum generauit. Hec una sententia
 est quam non potest liber. Et cum septem peccati
 cauit. Primo quia in sacrificio domini ut super
 iam dictum est. non recte diuisit. sed quia fratrem
 recte diuisum inuidit. tertio quia correptus
 aduersus non audiuit. quarto quia fratrem dolo cir-
 cūuenit dicens. egrediamur foras. quinto quia
 occidit. sexto quia requisit aduersus. dicente ubi
 est abel frater tuus respondit. peccat dicens. ne-
 scio. nunquam custos fratris mei sum. Septimo quod
 inuitus despauit dicens. maior est iniquitas
 mea quam ut ueniam merear. Quia ergo pro sep-
 tem peccati maledictio subiicitur. uagus
 et p-fugus ac tremens ut non nulli prohibent.
 qui occidit carnem inquit septem uindictas ex-
 soluet. id est septem peccati eius penam